nari oportere:talis eſt apud deuꝫ cer
tandi ꝯſuetudo.cui ⁊ ſtatuta ſunt om
nia ceteris longe diuerſa: adeo vt nō
ſolū ipſa victoria.quin et vincēdi mo
dus:admiratiōis habere plurimū vi
deat̄.ſiquidez qui ſuccubuiſſe vident̄
palmā retuliſſe credunt̄ hec dei ē po
tētia:tale celeſte illud eſt ſtadiuꝫ :hoc
angeloꝝ ſpectaculuꝫ.Uidere videor
vos ad hec dicta incaluiſſe :fuiſſe ꝙ
magis quauis cera emollitos:verum
cū hinc fuerit abſceſſum:nulla erit ho
rum apud vos recordatio.id ꝙ eo ma
gis iniquo aīo tulerim:ꝙ hoꝝ nihil q̄
dixerim:facturos vos eſſe intelligaꝫ.
preſertim cū non ignorem haud medi
ocre ex his lucrū referri poſſe.nam ſi
manſuetudinē ac benignitatē pretule
ritis:inoffenſi omniū eſtis man⁹ eua
ſuri.vel ſi inceſſerit quiſpiā maledict̄.
in auctorē ꝯuitia reddituta ſūt omīa:
nōne et in iudicijs homines iniuria
affectos ſpectaſti:quo vultus ſplēdo
re:qua ve inſtent audacia :vt ꝙ ore li
bero eloquātur contra qui eaꝫ intule
rit:capite demiſſo pudore multo offu
ſus ⁊ trepidus terrā ſpectet ?veꝝ qd
criminatores cōmemorauerim aut ca
lūnias qn̄ ſi vel in tuā perniciē quiſ
piaꝫ gladiuꝫ acuat?vel ſuas e tuis cer
uicib⁹ ſanguine manus reſperſerit:te
inoffenſo ſeipſum peremerit .cui rei
teſtimonio eſt.qui prior fraterna ma
nu occubuit.is em̄ gloriaꝫ adept⁹ im
mortalitatē in tranquilliſſimū portū
ſeceſſit.qui neceꝫ intulit:quauis mor
te vitā tranſegit miſeriorē.gemebūd⁹
ſiquidē ⁊ vagus ac trepid⁹ ſemp ?rei
geſte crimen pre ſe ferebat.Quocirca
Cayn ſceleri obnoxius inferior erit.
nā qui mala illata tulerit patiēt⁹. do
mi nō erūt nec diu apud ſe illa manſu
ra:qn̄ nullū ab ſe ortū habuerint: qn
aliūde iniecta excipiens :in bonū pra
ua ꝯmutauit.improbus vero ſue ma
lignitatis plagas domi ſeruat .Nōne
et Joſeph erat in carcerem cōiectus.
cū interea meretricula que illi paraſ
ſet inſidias in ſplendida ac magnifica
domo diuerſaret̄:ꝙ ſi alteruꝫ e duob⁹
daret̄ optandū.vter hoꝝ eſſe malles?
Credere equidez Joſeph:te potius
partes ſuſceptuꝝ in carcere detēti:ꝙ
egiptie in tectis ampliſſimis diuerſan
tis.nā ſi vtriuſqꝫ liceret animos īſpe
ctari:cernēs Joſeph late et licētius
diuagantē illā vero anxiā:pudore tri
ſtitia:dolore:et mentis perturbatiōe:
magnū in modū :⁊ ſi viciſſe ſit viſa:
vrgeri.Quib⁹ omnibus cognitione ꝑ
ceptis:ad maloꝝ nos tolerantiā pare
mus.vt hac tādem patientia liberati
futura beatitudine potiamur.

¶ Carnis ꝯcupiſcētias ne ſectemur
ne generāt mortem ¶ Ser. .xij.

Excitat⁹ e ſomno ip ū te ine
due:indut⁹ morigerū corpus
redde ac ductu facile:id enim
pretendit qui ꝯcupiſcentie gratia:car
nem aſſerit nulli eſſe cure habendam.
Nā quēadmodū nec potū vetuit.ſed
ebrietatē īterdixit:nec nuptias reſpu
it:ſed incōtinentiā improbauit :ita et
carnis habendam eſſe rationeꝫ nō ne
gat.ſed prodeūtes ex ea cupiditates
id eſt neceſſitatis exceſſuꝫ:interpellat
Ut aūt carnis curā habendā eē Pau
lus affirmet.audi quemadmoduꝫ his
verbis Thimotheū cōmonefacit Ui
no modico vtere propter ſtomachū:
⁊ tuos frequētiores languores .Nec
ſecus hoc loco carni:ad ſanitatē vult
nō ad luxū ⁊ intēperātiaꝫ:prouideri.
aliter eni nec dici prouidentia poſſet:
ſi ꝑ eā aut flāmā ſuccendēs:aut ignis
caminū tibi redderes grauiorem.Ut
autem clarius perdiſcatis quid ſit ad
carnis concupiſcentias ⁊ deſideria:ꝓ
uidentia:et quemadmodū illa poſſint
euitari:opulentos animaduertite et

vĕtri deditos:abūdātiqꝫ veſtiū orna
tu excultos :vel delitijs immerſos:⁊
eos qui vitā per luxū et incontinētiā
ducūt:attēdite:ſic vobis ꝗ dixeriꝫ fa
cile innoteſcent.hi enī hec non ad bo
nā corporis valitudinē factitant :ſed
vt ꝓſilire leuius poſſint:⁊venerē in-
citare. Uerū qui xp̄m induerit :delici
is vniuerſis eiuſmodi interciſis:id ſo
lū curat:vt corpori equā pariat vali-
tudinem:ꝓ qua vel ſola conſequēda:
carnis cura habēnda ē: neqꝫ id vltra
aliquid appetēndū. Incūbendū prete
rea erit om̄i niſu ſpiritalibꝰ rebꝰ. hoc
pacto nullis eiuſmodi ⁊ varijs libidi
nibus grauatꝰ:excitari hac tua ſom-
nolētia poteris. Somnus enī :pn̄s eſt
vita:nil prorſus ab inſomnijs aliena.
nā quēadmodū ſomno preſſi pleraqꝫ
ſupuacanea et fruſtra loquūtur:vidēt
qꝫ perſepe nil ſanū.ita ⁊ nos deteriora
his plerūqꝫ ſpectamus:ſiquidē qui in-
decora et turpia geſſerit:eademqꝫ illa
obuerſari ſibi ꝑ viſū cōſpexerit:mox
ſomno exꝑgefactus:turpi ⁊ indecoro
aſpectu liberatur:et pena quā pro ſce
lere meruiſſet.quod aliter nobis eue
nire ſolet:quibus ob ignauiā ac ſecor
diā:ignominia atqꝫ ſupplicia ꝑpetua
ſunt. Item et qui ꝑ quietem ſomniā-
do diteſcunt:vbi dies illuxit: inanes
et diuitijs vacui :arguuntur. captos
vero:dum viuitur:inertie ſomno:ple
runqꝫ nec dū luce oborta : falli poſſe:
comꝑtuꝫ ē:et ita:vt breui coꝝ inſom
nia euaneſcant. Excutiamus itaqꝫ ꝑ-
nicioſum hūc ſomnum .nā ſi dormitā
do nos dies deprehēderit:mors inde
ꝑpetua exceptura eſt : quinetiam vel
ante hunc diē:hoſtibus erimus : ſiue
hominibus:ſiue demonibus:captu faci
liores.ita vt nemo ſit eos a noſtro ite
ritu:ſi id facere libeat:prohibiturus.
nam ſi plurimi nobis vigilū excuba-
rent:non tm̄ forte nobis periculi im-
penderet.verū cū vnus:et iteꝫ alter
luminibus accēſis:non ſecus atqꝫ in
ꝓfūda nocte dormitātibus reliquis:
aduigilet:vel ſumma nobis eſt opus
ad ſecuritatem:vigilantia:ne ea forte
ſubeamus:quibꝰ mederi neqāt. Que-
ret aliquis.nōne in pn̄tiaꝝ et excitati
videmur et vigiles? Eſtis forſan ad
hec que dixerim irriſuri.dicā tn̄. Su
mus ſane oēs nocte media ſomnū ca-
peſcentibus aut ſtertentibus ſimilli-
mi.ſiquidē facile oñderē: ſi poſſet in-
corporea hec ſpectari ſubſtantia :vti
pleroſqꝫ alte ſomno immerſos:diabo
lus.parietibꝰ transfoſſis et iacētes iu
gulet ⁊ diripiat quo intus inuenerit:
agatqꝫ om̄ia veluti in dēſiſſimis tene
bris otio ſummo et facilitate. Quin
potius quoniam cerni hec oculis nō
poſſunt:rationibꝰ ſubſcribēdo aſtrua
mus.ſic eniꝫ et conſpicari licebit:qui
hoīꝫ fuerint p̄uis cupiditatibꝰ opp̄ſſi:
qui ve incontinentie et facinoꝝ ſopo
re:ſpiritali prorſus luce extincta:cor-
repti. Quorſum hec? quoniam multi
nihil ſuo ordine captātes:que hic pre
dicantur haudquaqꝫ aduertunt. ꝙ ſi
me peruigil ipſe et excitus: mendacē
deprehenderis:effare:que hodie apđ
nos hoc loco:aut dicta ſint:aut geſta.
ni forte quemadmoduꝫ ſomnolentus
aliquis:ſolet ſpectare inſomnia:predi
canteꝫ me audieris.quod equidē nec
de vniuerſis dictum velim. puto enī
complures fore :quibus coꝝ que ipſe
dixerim facilis ſit renūciādi facultas:
in eum duntaxat ea protulerim : qui
fuerit his dictis obnoxius: fruſtraqꝫ
hunc locum adierit . Dic mihi: quis
hodierno die: vel ꝓpheta vel apoſto
lus nobis perlectus eſt: aut quibus
de rebus verba fecit. nihil habes ꝗd
reſpondere queas:vtpote:ille ſis :ad
quem ſomniantem verba ſint facta.
eadem hec et in mulieres dixerī.ineſt

enim et illis ſomnus plurim⁹: qui vel
nam dici ſomnus queat. ſiquidē ſom-
no captus: nec mali quippiam nec bo-
ni profatur: verū q̄ parem vobis vi-
gilantiam ſeruat: quāmulta in eius ca
pitis perniciem effundit. nam et vſu-
ras computabit: et rōnem commoda
te pecunie ꝯponet: aīoq; ſecū ipe ver
ſabit: turpes: ignominioſas q; taber-
nulas: codenq; ꝛ ſenticeta interſeret:
iacto ſemini: nullo dato vel ad quie-
tem vel ad profectum ſpacio. Sz ſur
ge tandem et ſentibus hiſce radicit⁹
conuulſis auaritie temulentiaz excu
te: a qua iſtiuſmodi ſomnolentia ema-
nat. ſomnolentiā autem dixerim: nō
eam modo que ex vino gignitur: ve-
rum et illā que cum ex vite huius cu
ris: tum vel eiuſmodi ſopore infert.
His itaq; non ſolum locupletes ꝛ di
uites. ſz quibus res vel modice ſunt ꝛ
tenues: velim eſſe admonitos: ꝛ eos
maxime: quos grata cōuiuia delectāt.
non enī ſunt illa pro cibo: vel animi
remiſſione habenda: ſed pro ſupplicio
et tormentis. Quippe non indecens
et indecorus ſermo: ſed grauis ꝛ mo
deratus: et cibo expleri non frangi: in
oblectamentis ducēda ſunt. ꝙ ſi his
rebus aliquid ineſſe voluptatis exiſti
maueris: affer mihi quā heri ꝛ veſpe-
ri ex his ꝯcenationibus ceperis vo-
luptatem. nullam habes: deinde ꝛ que
illam ſequantur noxia. Sitq; mihi in
terea de voluptate: que ſtatim deflac-
cet et fluit: diſceptatio: ſimul ac enim
miſſum conuiuium fuerit: euolat om-
nis ex eo cepta iocunditas cunq; et
vomitus capitiſq; grauedines. ꝛ lan
gores innumeros: animiq; capturaz:
et illecebras commemorauerim. quid
ipſe ad hec reſpondebis? nec enim de
cet per paupertatis occaſionez: agere
impudenter. Hec autem dixerim: nō
vt omnino negem conueniendū inter

nos eſſe nonnūq;: et concenandum. ſz
vt inhoneſta et turpia interdicam: cu
piamq; luxum in cibuz conuerti: qui
dolore temulentia et laſciuia careat:
vt q; vel gentes intelligant: xp̄ianos
noſſe modū delicijs facē: id ē modeſte
et temꝑanter his vti. Exultate ꝓphe
ta inquit domino in tremore qualis
illa erit exultatio? hymnos. ſ. ꝓnuncia
re: orare: et pſalmos pro ſcurrilibus illi
cantionibus inducere. Hoc pacto
xp̄s et menſe aderit: et dapes bene-
dictione complebit: cum preces ad eū
fuderis: cum ſpiritu decantabis: cum
egenos ad victus communionē: con
uocaueris: conuiuijſq; modum et tē-
ꝑantiaz adhibebis. ſic ex triclinio: dei
domuz effeceris: ꝑ q; immoderatis ꝛ
intēpeſtiuis clamoribus hiſce: ꝛ plau
ſibus: dominuz extuleris. Neq; id di-
xeris: extare hoc temꝑe alias conui-
uandi leges: quin potius corrigenda
per te erunt: que ſe haud recte habue
rint. Si enim paulus inquit cibū ſu-
mitis aut potum: ſeu aliud quodcūq;
agitis: oīa in dei laudem facitote. So
let nāq; ex iſtiuſmōi epulis: cū turpia
nobis deſideria: tū om̄is laſciuia ob-
uenire: inſuꝑ et vxores deſpectui eē
et ſcorta magnifieri: vnde et familie
deſolatio: et mala innumera ꝯſequun
tur: ferūtq; oīa temere. omiſſo nāq;
fonte puriſſimo: ad cenoſum canale il
lud ꝛ luculentum decurritur. De autē
cenū ſit inceſte ꝛ proſtitute femīe cor-
pus: te preter rogabo neminē q̄ eo q̄-
ad fueris obuolutus: quātū te ei⁹ rei
pudeat: quātū etiam poſt delictū. im-
mūdū te et ſordidatum ducas. nō ig
nores. Idcirco fugite obſecro adulte
rium: eiuſq; vel procreatricem temu
lentiā. Quid ſemen iacis vnde nihil
es demeſſurus? quinetiā ſi meſſem fe
ceris: ad ignominiā tibi nec mediocrē
futurus eſt fructus. ſiquidem qui ex

adulterio naſcitur:et tibi dedecus et
ſibi iniuriam parit:nothus effectus ⁊
degener: adeo vt ſi vel amplo ꝑ te re-
licto pr̄imonio abūdet:cū domi ⁊ vr-
bicis actionibus:tum in foro iudicia-
rio:ex adultera:vl' ſerua natus:hono
re carebit.Quo item ipſe vel viuens
vel mortuus priuabere?ſi enī morteȝ
obieris extabūt tibi ad ignominiam
monumēta.Quid igit̄ oīa turpitudi-
ne comples?quid ſeris: vbi tellus ce-
lerrime cōſumptura ē fructū: vbi ſte
rilitas plurima: vbi et interitus geni
turā ꝑuenit? Nec ſatis habes mulie
rem adulteraſſe: niſi eandeȝ viri cēde
obſtrixeris. Vides ne ergo ex temu-
lētia luxuriā:ex luxuria adulteriū: ex
adulterio homicidiū ortū iri? qui vel
homicidio ipſo deterius.nō enī in pn̄
tiaꝝ ſuccurrit:quo id ſceleris nomine
queam explicare:qn̄ nō ex ſe genituȝ
enecat:ſed generādi interſcipit cauſam.
Quid igit̄ dei vituperas bn̄ficiū? qd
eius leges oppugnas? qd ꝓ bn̄dicto
execrationē ſectaris?et gignendi illō
receptaculuȝ:necis conditoriū facis:
que et feminaȝ eſt ad liberos ꝓcrean
dos tradita ad neceȝ reddis paratio-
rem?qn̄ illa vt concupita magis: vel
amatoribus vſui ſit vel argenti pluſ-
culū exugat:neqȝ imperata facere ab-
nuit:ingens ſane in caput tuū conge
ſtura incendiū. nā ſi et illi id facinus
aſcribat̄:ei⁹ tn̄ te ipſe auctorem ꝑbes.
Hinc poſtmodū idoloꝝ ſeruit⁹ ema-
nat:cū plereqȝ vt magis adament̄: et
carmina machinant̄: ⁊ vina ſacrificijs
fundūt et amatoria medicamenta: et
alia nōnulla ꝯponūt.Cū hac tamē ac
tāta reꝝ colluuione et feditate:his ce
dibus:hac demonica ſeruitute:ꝙmul
ti ſibi ad vtilitatē cedere id negocij
arbitrant̄:et hi maxime qbus vxores
ſunt:quod minus eſt ex abundāti ma
loꝝ ꝯcurſu tolerabile:mox etiā vene-

ficia nō in adulteratā: ſed in affectam
iniurijs coniugē intentant̄.Accedūt
ꝑterea inſidie plurime: demonū inuo
cationes:deſumptaqȝ ex mortuis va-
ticinia:quotidiane diſſenſiōes: ⁊ ſine
inducijs bella:et ꝓpinquoꝝ diſcordie.
eoqȝ cum paulus diceret. Non in cu-
bilibus ⁊ laſciuijs Non in contētioni
bus et emulatiōe:ſupinduxit:ꝑuidēs
ex iſtiuſmodi diſcidijs: ⁊ domos ſub-
uerti poſſe:et ingenuis liberis iniuri
am inferri. Vt itaqȝ hec euitare poſſi
mus:xp̄m induamus:vt nobis ppe-
tuo ſit cū eo manendū.hoc enī induē
id ſonat:quaſi nunqȝ ſit ab eo deficiē-
dum.videamurqȝ vndiqȝ: pre noſtra
cū ſcimonia:tum manſuetudie:ꝑ eum
cōplecti.Quod itē dicere ſepe ſolem⁹.
hic illius ꝑſonaȝ induit:vt et amoris
vehementiam et aīoꝝ nunqȝ defutu-
rā coniunctionē:exprimamus.ſiqdeȝ
qui aliū induerit:eū prefert : cui⁹ ſibi
ꝑſonaȝ induendā ꝑſumpſit:fiat itaqȝ
palā:xp̄m nos vndiqȝ fuiſſe cōplexū.
qd vtiqȝ fiet:ſi eius fuerimus ⁊ mo-
res imitati ⁊ vitam . Quorſum hec?
Filius inquit hoīs non habet vbi ca
put reclinet:hūc ipſe vel hac in re imi
tare.nam ſi illi cibus erat ſumendus
pane ordeaceo veſcebatur:ſi iter ſuſci
piendū:nulli aderant advecturā equi
aut iumenta.quin tm̄ pedibus incede
bat:vt laſſitudine afficeret̄:ſi quieſcē
dū nauicule prorā ꝓ puluinis hēbat:
ſi recūbēdū:herbidis cāpis reſidēdū
iniunxit. Vtebat̄ ꝑterea viliorib⁹ in-
dumētis. ⁊ ſolus plerūqȝ nemie ſubſe
quēte:diuerſabat̄: vn̄ cū ⁊ reliqua ei⁹
geſta:qb⁹ ſit initio cōtumelijs affcūs:
qd ve in cruce ꝑpeſſus:didiceris:ea-
dēqȝ illa ſumpſeris ad imitādū: ſi car
nis inqȝ curā nullā feceris ad cōcupi
ſcentiā:xp̄m indues.cū ea ꝑſerti nihil
hēat i ſe voluptad. pariūt ei eiuſmōi
deſideria acerbiores qſdā de ſe libidi-

nes: que vt expleri nunq̄ pn̄t: ſic et
acriora ſupplicia inferūt. nā quēadmo
dū qui ſiti aſſidua vexat̄. vel infinitis
ſibi ad potū expoſitis fontibus: nihil
ex his capiet vtilitatis: cū nequeat ꝑ
muꝫ quo laborat morbū reſtinguere.
ſic contra qui in deſiderijs vixerit: ſꝫ
oīa ad neceſſitatē metiatur: hoc nūq̄
erit ſitis ardore affectus. quin procul
a ſe temulentia euiſmōi oīs: ⁊ laſci-
uie euaneſcent. Tātū igit̄ tibi erit ci
bi capeſſēdū: quāto demū eſuries poſ-
ſit. His vtere indumētis. qbꝰ carnē
obtegere queas: non ornare. ne id illi
exitio ſit futuꝝ: que ſi remolleſcē tuo
ꝑmiſſu ceperit: bona eius offenſa vali
tudine: nimia indulgētia diſſoluetur.
Ut itaq̄ optimuꝫ hēas aīe tue vehi
culū: vtq̄ tutius nauis rector guber-
naculo īſideat: et miles facile arma ꝑ-
tractet. curandū erit equo moderami
ne agantur oīa: nec eni multis abūda
re ſꝫ paucis indigē: frugi hoīem facit.
ſiquidē diuitijs affluens: vel inoffen-
ſas vereri oīa ſolet: qui vero minori-
bus erit fortunis. iocūdior ſemꝑ. equo
ri aīo tolerabit iniurias: q̄ qui nullis
fuerit affectus. Non itaq̄ illud erit
appetendū. ne qua nobis moleſtia offe
ratur: quinpotius eā inferre cupiētī:
id facere ne liceat optādū quod aſſeq̄
aliunde non poſſumꝰ: niſi cū fuerimꝰ
maioribus rebus paruifactis: neceſſa
rijs contenti.

¶ Ne ſcandalū cuiq̄ frm ponamus.

¶ Sermo xiij.

Animaduerte quātū Paulus
cure et diligentie preſtiterit:
ne ſui exemplo quēpiā ꝑtur-
baret. inquit eni. Si tibi gra frat̄ tuꝰ
triſticiā ceperit: nondū ſecundū cha-
ritatē īcedis. q̄ ſi merore afficiendus
non erit: eo minus ꝑ te nec irritādus
Et rurſus idē. Neq̄ ꝓpter cibū de-
ſtruces opus dei. nā ſi ſacrā aliq̄ edeꝫ
ſubuerti: graue ⁊ nefariū exiſtimatur.
quāto magis ſpiritale hoc templū: ſꝫ
ruinam patiat̄: q̄ñ et hoīes cōſtet ſan
ctitate ſacris edibꝰ lōge ꝑſtare. q̄ppe
nō parietū gratia: ſꝫ noſtri huiꝰ tēpli:
mortē xp̄us oppetijt. Circūſpectemꝰ
itaq̄ ipſi nos vndiq̄: nulliq̄ vel tenu
em querimonie cām prebeamꝰ. Pōt
eteni vita hec noſtra cū ſtadio ꝯferri:
et nos ipſi q̄ multis oculis abundemꝰ
neceſſe eſt: neq̄ quoq̄ id pacto credē:
ignorantiā. ſ. ſatis nobis ad excuſatio
nē valiturā. pro qua et penas daturi
ſumus: cū ea nec veniam merear̄. Cō
ſtat ſane ⁊ iudeos ꝑ iuſticiā deliquiſſe:
q̄uis euiſmodi illoꝝ ignoratio: nulla
ſit venia dignāda. Gētes ꝑterea noui
mus fuiſſe ignorātia captas: nec tñ ꝓp
terea pn̄t excuſari. Nā ſi ignores que
ſciri nequeūt aut cognoſci: culpa va-
cabis. cōtra vero ſi te cognitu facilia
lateant: extrema ſupplitia feres: quin
etiā ſi haud oīno nobis ipſi deerimꝰ:
ſꝫ conātibꝰ que abſtruſa ſunt ⁊ recōdi
ta cognitiōe attingē: opē deus et au-
xiliū feret. quod quidē ⁊ paulus dixiſ
ſe philipēſibus patet hoc mō. ⁊ ſiqd
aliter ſenſeritis id deus ⁊ vobis reue
labit. At cū ea que factu nobis facilia
ſunt: ꝑficere recuſamꝰ: neq̄ illū ſumꝰ
adiutorē habituri: quod ⁊ iudeis acci
dit Ideo eni xp̄us inquit eis in ꝑabo
lis loquor: vt videntes nō videant.
Dicet aliquis. Quo pacto viſu care
bunt qui vident. maxīe ſiquidē cum
ſpectarēt abigi ꝑ xp̄m demones: nec
tñ tēperabāt: id illi obijcē. Demoniū
hēs. cū a mortuiſ cernerēt excitatos:
nō eū adorabāt: q̄n morte afficē cona
bant̄. Corneliꝰ vero nihil iſtoꝝ ſilis
videbatur: cui pro viribꝰ oīa factitāti:
ſupplebat deus q̄d defuiſſet. Neq̄ id
q̄ras: quo pacto ex gentibꝰ aliquē cū
probꝰ ſit ⁊ ſimplex aſperner̄ deꝰ. Pri
cipio dixeri: nulli hoīꝫ poſſe niſi crea